



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. De quatuor Priuilegiis eidem à Filio concessis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

III. Quam eximia quoque sint beneficia tibi his similia collata. 1. Quod sis ab æterno, vti speras, prædestinatus in filium Dei. 2. Liberatus per baptismum ab originali. 3. Multis peculiaribus gratijs præ alijs ex gratuita liberalitate præuentus. 4. Assumptus in spirituales matrem eorum, quos oratione, verbo & exemplo Deo parere potes iuxta gratiam vocationis. Quam te quoque simili modo oporteret esse gratum, prædictos affectus cum B. Virgine frequentando, acceptisque talentis rectè vtendo! Gratitude, sermone cooperandi gratiæ.

IV.

De 4. Prærogatiuis eidem à Filio concessis.

I. Simili modo expende quam sublimes sint singulæ 4. harum prærogatiuarum, 1. quod filius Dei ab ea dignatus sit in vtero gestari. 2. infans lactari. 3. Adolescens educari. 4. Habere eandem perpetuam comitem & sociam laborum, dolorum, gaudiorum. Congratulatio, gratiarum actio, Amor.

II. Quam

II. Quam eximie se pro his B Ma-  
ter gratam præstiterit, summa cum  
perfectione omnia materna obsequia  
illi deferendo, intimè eum amando,  
ardenter imitando. Zelus imitan-  
di.

III. Quanta quoque tibi his similia  
sint collata, & nunc conferantur ab  
eodem beneficia; & quantam vicissim  
à te exigant gratitudinem, & zelum  
eundem redamandi, animasque ipsi  
lucranda, quod videlicet dignetur to-  
ties à te in sacra communione sumi, &  
in corpore gestari. 2. Lactari in pue-  
ris, quos tibi instruendos offert. 3. E-  
ducari in adultioribus, quos tibi in-  
viam salutis dirigendos tradit. 4. Ha-  
bere te quoque socium suorum labo-  
rum, opprobriorum, dolorum,  
gaudiorum. Gratitudo,

Amor zelus animas

Christo lucran-

di.



De